

posita, vel ex facili soluenda; In summa, aequitatem quoque ante oculos habere debet iudex, qui huic actioni addictus est.

Ad exhibendum quoque actio. Sequitur septima

- 18 Ad exhibendum tamen actio inter arbitriatas locū obtinet lege tertia §. secundo D. ad exhibendum. vbi Vlpianus ait, in hac actione reum contumacem per in item iustiūrandū damnati. Vnde intelligi debet hanc actionem ex superiori generē arbitriatarum esse; nec mitum cum in contumacia dolus ac fraus veretur. Formula igitur haec erit, S. I. P A T R E T. Septimū eam rem, quam Octavius exhibeti postulat habere, neque is arbitrio iudicis eam exhibeat, tum quanti in item actor iutari, tanti damnetur.

- Et ceteris similibus. Sequitur octava Nō ex tam-
19 quā hic nominantur, sed & aliae præterea quādā arbitriata sunt. Veluti tamen confessoria & negotiatoria: De quibus ex ea testimonium in l. ha-
rum, tertia D. si ferunt, vind. item Pauliana, l. ait
Prator, i. §. per hinc 14. D. que in fraud. cred.
Item rerum amotorum. l. s. cum dos, 8. §. vltimo.
D. soluto matrimonio. Item Fauiana, l. tenetur, §.
D. si quid in fraud. cred.

- Permititur iudicis ex bono & aequo. Sequitur no-
20 na Arbitriatis tamen actionibus non certum quid,
sed quantum agius melius postulari solet. d. li-
deo, & l. centum, de eo quod certo loco. Hac
autem estimandi potestas tum de arbitrio quod in
prima istarum actionum specie interponitur,
tum etiam de ea sententia qua solam alia specie

- 21 pronuntiantur intelligenda est. Sequitur tamen ut quid
inter bona fidei & arbitriatis actiones, tum simili-
tudinē, tum differentia sit, videamus. Tribus enim
in rebus simillimas esse inter se superiora de-
monstrant: quod in virtuose libertate iudicis ar-
bitrium, in virtuose in item iurecuris neutris
sponsio fieri soleat. Quadruplicem autem inter
cas differentiam reperio. Primum enim. Dissimil-
lma illarum ratio est, si causam eius potestatis
qua arbitrio tribuitur, spectemus. Nam superius
documentum in bona fide iudicis, eam potestarem
idecirque iudicii permitti, quoniam aquae virtuose
intererat, quippe cum alter alteri obligatus esset:
quippe cum ex rebus vltro citroque contractis
lis nasceretur. At lites arbitriatis aut ex possessio-
ne, aut ex obligatione viuis tantum nascuntur:
ut illa iudicis potestas aquae virtuose conduceare
nō posset. Quā nam igitur illius causa est? Evidē
duplicem animaduertio, pro duplice Arbitriatarum
specie prior est, sola iuris Clementia & be-
nignitas, quod non statim aliquam damnati par-
tur: sed eum prius officij sui admonet iubet. Altera
ipsius actionis incerta ratio: quoniam eius-
modi est actio, ut iudex ad certam aliquam peti-
tionem astingi non possit: quippe cum quantum
debeat, ne actor quidem exploratum habeat.
Secundum differentiam hanc reperi: quod in il-
larum formula EX BONA FIDE: in hi-
rum N E Q V E R E S & cat. interponi solet.
Tertiam quod illa in personam tantum reperi-
tur, præter petitionem hereditatis, qua tameni-
ple personales haber præstationes, & a Justiniano
no primum in illum ordinem ascripta est. Hac
vero & in rem & in personam. Quartam, quod illa aut ex contra*actu*, aut ex quadam contractus
similitudine ac specie nascuntur. Hac vero e-
tiam ex genere quodam ac similitudine delicit:

Veluti ex dolo malo, seruorum noxa, rebus amo-
bis, tis, per metum extorta. Quantum tamen autem
strictis iudicis differant, nemo nisi admodum
hebes, ex iis quā disputata sunt, non facile per-
spiciet, codēmque illud Pauli pertinet in litigio.
fimalexa D. de verbis significatio. verbum O-
portere non ad iudicis facultatem pertinet, qui
potest vel pluris vel minoris condemnare: sed
ad veritatem referatur.

- 23 Superest ut illud queramus, an tamen omnes ac-
tiones quibus incertum quid postulari, nimirum
illud tantum quod aequum ac bonum iudici
videbitur, arbitriata dicenda sint. Quā dubita-
tio sane obscura in primis & perplexa videtur.
Sed quoniam de bono & aequo tota hac nostra
disputatio est, spero fore, ut studium quod in ea
explandā suscipimus, aqua bonique consolati-
viamus igitur an illa tantum arbitriata
dicenda sint, quā cum rei persecutoria sint, tum
officio iudicis dissoluendi iudicij potestatem
permittunt: Cetera vero quā cum vltionis &
penae persequenda causa comparata sint, eam
potestatem iudicis non faciunt, hoc nomine ap-
pellari non possunt. Illarum exemplum funera-
ria nobis actio suppeditat de qua Vlpia. in l. & si
quis, i. 4. §. 5. D. de re lig. & lupt. sic scribit:

- 24 Hac actio tamen quā funeraria dicitur, ex aequo &
bono oritur, aequum autem accipitur ex eius di-
gnitate qui funeratus est, ex causa ex tempore, ex
bona fide: ut neque plus imputetur sumptus no-
mine, quā factum est: neque tantum quantum
factum est, si immodice factum est. Hec ille. Quid
autem magis ei actioni consentaneum est, quam
ut reus actor ante sententiam satisfaciens, iudicio
absoluatur. Cum olim omnia iudicia ab solu-
toria essent, ut Imperator scribit infra sub titu. De
perpetr. & temp. act. Cui consentit Paulus in l. si
reus, 73. D. de procur. eiusque rei duo exempla
videmus apud Ciceronem in Orat. pro Quinto Ro-
scio. eiusmodi videtur esse indebiti condi-
cio, de qua P. pinianus in l. 66. D. de condit. in-
debit. sic scribit. Hac conditio ex bono & aequo
introduta, quod aletius apud alterum sine cau-
sa depræhenditur, reuocare consuevit. Quibus
verbis maximè consentaneum est, ut reus actori
ante sententiam satisfaciens, iudicio absoluatur.

- 25 Alterius generis exemplum nobis actio tamen de se-
pulchro violato suppeditat, quam Papin. in l. pen.
D. de sepul. viola. cum in bonum & aequum con-
ceptum esse dixisset, paulo post ait non in rei per-
secutione, sed in sola vindicta esse constitutam.
Quod cum ita sit difficile dictum est, non cogendū
esse iudicem & actoris dolori, & publica
disciplina satisfacere. Cūn tamen proper exemplum
publice interfisi peccata esse nō impunita l. loca.
9. §. 2. D. de pub. & vctig. l. ita vulnera, §. in fin.
ad l. Aq. Itaq; idē Papin. l. i. §. 1. D. ad sen. Turpil.
Facti quidē quæstio, inquit, in arbitrio est iudicā-
tis ne vero persecutio nō eius volūtati māda-
tur, sed legis autoritatē referatur. Simillima ra-
tio est, prætoria actionis iniuriarū, de qua Iustin.
sub ti. De in iur. sic scribit. Prætores permittebāt
ipis qui iniuriā pafsi sunt, eam estimare: ut iudex
vel tāti reum condēnet, quanti iniuriā passus a-
stimauerit, vel minoris prout ei vim suerit, qua
de causa Vlp. in l. non solum 21. §. 1. D. eodem. In-
juriarū, inquit, actio ex bono & aequo est. Itaque
27 cum ad vltionē pertineat, neque tē, sed penam
persequatur